



Unica resurrectionis dñi. Statio ad sanctam mariam maiorem. Introitus.



Esurrexi et adhuc tecum sum. Alleluia: mirabilis facta est scientia tua. Alleluia. Ps. Domine probasti me et cognovisti mentem meam et resurrectionem meam. Gloria. Oratio.

Deus qui hodierna die: per unigenitum tuum: eternitatis nobis aditum devicta morte reſeraſti: vota noſtra: que preueniendo aſpiras: etiam adiuvando proſequere. Per eundem do. **Lectio eplę beati pauli apli. Ad cor. i.** **Ratres. Expurgate vetus fermentum: ut ſitis nova coſperſio: ſicut eſtis acimi. Et enim paſcha noſtrum imolatus eſt xp̄s. Itaq; epulemur: nō in fermento veteri: neq; in fermento malitię et nequitie. Sed in acimis ſinceritatis et veritatis. Grad. Hęc dies quā fecit dñs: exultemus et letemur.**

